



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Aliqui prophetae & sancti signis non caruerunt. Caput. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Aliqui prophetae & sancti signis non caruerunt.

Caput. XVIII.

A Rvius alio ariete, omnia vincentem veritatem (sed frustra) impugnant magistri mendaces vt suae fucinae praetexant impietati: Dicunt enim: Prophetae multi à Deo missi sunt, multi item praedicatores sancti, qui nullo miraculo, quod legimus in sacris literis, vel historijs fide dignis, doctrinam suam confirmauerunt: nec expressum testi-
3. Esd. 4. monium legationis suae ex scripturis adferre possunt, Amos, Michas, Abacuk, Malachias, Lucas, Barnabas, Titus, Timotheus, & caeteri. Ad quod respondemus: Primum, quod Christi facta & documenta non sunt omnia scripta, ergo nihil mirum, si pauca vel nulla de eximijs virtutibus & miraculis multorum sanctorum sunt neglecta. Sufficit discipulis, quod sunt sicut magister eorum: Quid de undecim apostolorum doctrina & miraculis in actis apostolicis est digestum Petri pauca: Pauli multa opera bona in eis digesta sunt: de alijs ferme nihil. Et quis tam perfrecta frontis, aut tam obstinata mentis est, qui negare velit eos multos saluos fecisse sua diuina doctrina, inculpata vita, eademque confirmasse sequentibus signis: quando haec difertis verbis attulit euangelista Marcus?
Ioan. 21.
Matt. 10.
Ioan. 15.
1. Cor. 9.
Rom. 16.
Matt. 12.
1. Tim. 2.
Rom. 1.
Rom. 12.
1. Cor. 12.
Epe. 5.

Monachus ubi fundatus sit in sacris literis.

Caput. XIX.

A Impudens autem mendacium est, quod perfrecta fronte de malo cordis sui thesauro proferunt: Minores & inferioris gradus praedicatorum, suae legationis nullum in scripturis sacris habere testimoniū. Apostolus & doctor gentium in fide & veritate: istis fidei subuersoribus, mente corruptis & veritatem Dei in mendacium commutantibus respondet, dicens: Vos estis corpus Christi, & membra de membro eius & iterum membra sumus corporis Christi, de carne eius & de ossibus eius. Et quosdam quidem posuit. Quosdam dicit, non omnes.